



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corona Avrea Svper Mithram Romani Pontificis

Raynaud, Théophile

Romae, 1647

Epilegomena.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10481



EPILEGOMENA

Reflectendus est animus, super adeò vberem messem titulorum ac decorum Romani Pontificis. Et sicut nonnulla pramissimus ad tot titulos eruendos, vel necessaria vel opportuna, ita nonnulla subijcienda sunt adeos iam erutos, penitius per spiciendos, vel ad fructum ex eis decerpendum accommodata.

SVBNOTATIO I.

Quàm magni faciendi Pontificis Tituli, à tot Patribus, ipsisque Concilijs delati.

TITVLOS Pontificis siue à Patribus, siue à Concilijs delatos, omninò magni, ac etiam maximi esse faciendos, pono extra dubium. Incipiamus à Patribus. Si magnum est laudari à laudato viro, qui tamen plerunque corrupto est iudicio, & de rebus ex affectu pronunciat, vel per assentationem mentitur; quanto illustrius debet videri, à persona cuius incorruptum sit iudicium laudem referre, & quidem solidam, & pro qua timendum non sit, à
su-